



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

I. De definitione Decimæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

Tyndar. d. tract. num. 17. & 43. & Andr. Hisp. d. vers. decima est jure naturali, num 8. & hoc firmant canonistæ omnes, in c. 1. de decim. in 6. ubi Franc. hanc communem opinionem dicit; & amplectitur etiam Boer. decis. 236. & Capit. decis. 20. nu. 5. Vir. opin. 153. verbo, consuetudo non solvendi, Benincas. tract. de paupertate, q. 7. in 6. speciali, n. 2. Altera causa est † sustentatio ministrorum Dei, & ecclesiæ, c. si ergo, 12. q. 1. e. novum, de decimis, quod idem annotarunt Tyndar. Rebus Hisp. locis citatis, Covar. d. c. 17. nu. 2. Sarment. de reddit. ecclesia, cap. 4. nu. 8. D. Thom. q. 87. art. 1. Sotus d. l. 9. q. 4. art. 1. & alii quotquot de decimis scripserunt.

SUMMÆ RERUM.

- 1 Definitio decima; qua explicatur. num. seqq.
- 2 Decima solvitur de omnibus bonis, licite acquisitis, numero 3.
- 4 Decima est quota pars, hoc est, unum ex decem; & si quando solvitur duodecima, quintadecima, vel alia quota, ea habetur pro decima. num. 5. & cur hæc potius quota, quam alia electa sit à Deo. numero 6.
- 7 Denarius numerus est primus terminus numerorum, & perfectionem significat.
- 8 Deus reservavit decimam partem tamquam Levitis sufficientem, populo autem non molestam.
- 9 Primitia, & oblationes in quo differant à decimis; & quid sint. num. 10.

CAP. II.

Quid sit Decima.

QUÆRO PRIMO, De definitione decima.

Respondetur, quod omnis aliis descriptionibus, sic potest † defini, omnium bonorum licite acquisitionum quota pars Deo ejusque ministris, divina institutione;

tione;

zione, humana vero cōstitutione distante, etiam naturali
 vatione debita. Hæc definitio colligitur quoad sui par-
 tes ex infra scriptis jur. & allegatis Doct. maxime vero
 ex Covar. d. nu. 2. & Rebuf. d. tract. q. 4. Hostiens. in sum-
 tit. de decim. §. quid sit decima, & Card. cons. 26. pro ex-
 dentia, Turrecr. in c. revertimini, n. 7. 16. q. 1. Sor. lib. 1.
 de iust. & jur. q. 4. art. 6. & alius. Primo dicitur in de-
 2. nitione, omnium ꝑ bonorum, ut probatur in c. non est
 potestate, de decim. ibi, de omnibus bonis decima sunt mi-
 nistris ecclesia tribuenda; & patebit ex infra dicendis.
 3. 4. q. 1. Secundo dicitur, licite ꝑ quasitorum, habetur
 enim in c. ex transmissa, hoc tit. nostro, fidelis homo
 omnibus, quæ acquirere potest, decimas erogare tenet-
 tur, illa enim quæ injuste quis acquirit, tenetur resti-
 tuere, alias peccatum non remittitur, c. peccatum, in
 Doct. de reg. juris in 6. cum similib. & Deus de nostro
 substantia honorandus est, Prov. 3. & species quædam
 furti est de alieno largiri, l. si pignore, ff. de furto, & quod
 decima de illicite acquisitis solvi non possit, nec de-
 beat, late probat Tyndar. d. tract. nu. 45. & seqq. Rebuf.
 eodem tract. q. 5. nu. 18. & 19. Hisp. in reg. decim. vers. 1.
 querebatur, num. 2. 3. & 4. & versic. decimo, sui inter-
 rogatus, num. 3. 4. & 5. & nos infra d. c. 4. q. 2. Tertio
 4. subditur in definitione, quota pars, hoc est, decima
 c. 1. & c. cum homines, & per totum hoc tit. licet enim alibi
 quando solvatur duodecima, quintadecima, vigesima
 5. vel alia ꝑ quota, semper tamen habetur pro decima
 habetur in c. in aliquib. §. fin. cum suis concord. eodem ti-
 tulo, & late probat Rebuf. d. tract. q. 13. nu. 46. & seqq.
 Tyndar. eodem tract. nu. 31. 32. & 34. quicquid dicitur
 voluerit contra jura expressa Hispan. d. reg. decimarum
 versic. decima est jure naturali, nu. 13. & 15. de quo et-
 iam nos infra c. 5. q. 4. Quarto dicitur, Deo, ejusq. mi-
 stris debita. Hæc pars colligitur ex dictis in superiori
 cap. q. 4. ubi causas attulimus, cur introductæ sint de-
 cimæ. Reliqua pars definitionis patet ex eodem supe-
 riori cap. q. 1. 2. & 3. maxime vero ex Covar. d. c. 17.
 2. & 3. & Vasq. d. c. 89. n. 1. & seqq.